# ADDITIONES PERVTILES AC NECESSARIAE AD TRES TRACTATVS

De { Depoſito
Oblationibus, &
Sequeſtro }

## D. VINCENTII CAROCII TVDERTINI,

Iuriſconſulti præclariſſimi,

nuper ab eodem Auctore
excogitatæ.

Cum Summarijs & Indice locupletiſſimis

Superiorum permiſſu, & Priuilegijs.

VIRTVTI SIC CEDIT INVIDIA.

VENETIIS. M D C VII.

Apud Hæredem Damiani Zenarij.

GLi Eccellentiſſimi Signori Capi dell'Eccellentiſſimo Conſeglio di X. infraſcritti hauuta fede dalli Signori Reformatori del Studio di Padoua per relation delli doi à ciò deputati, cioè del Reuerendo Padre Inquiſitore,& del circ. Secretario del Senato Gioan Marauegia con giuramento, che nel Libro intitolato, Additiones ad Tractatum Depoſitij Oblationibus,& Sequeſtro de D.Vincentio Carocio.da eſſi veduto,& letto, non ſi troua coſa alcuna contraria alla Fede, Principi, ò buoni coſtumi,& è degno di ſtāpa, concedono licentia, che poſſi eſſer ſtampato in queſta Città. Dat. die 7. Auguſti 1606.

D.Marco Contarini
D Zuane Moro
D.Anzolo Correr
} Capi dell'Illuſtriſſimo Conſeglio di X.

Illuſtriſſimi Conſilij Decem Secretarius
Ioannes Baptiſta Padauinus.

1606. à 9.Agoſto
Regiſtrato in Libro à carte 155. tergo
Antonius Lauredanus officij con.Blaſph.

B. 17. h. 34

# ADDITIONES AD TRACTATVM DE DEPOSITO.

## Quæſt.I. in fin.pag.2.

ET dicitur depoſitum de iure gentium, dictante poſtea ratione naturali, ipſius reſtitutione.Rim.de teſtam.nu.275.

## Quæſt.II. nu.1.in fin. pag.2.

*SVMMARIVM.*

*Verba,habuit,& recepit, prolata à notario an importent verum actum numerationis,an ſimplicem confeſsionem.*

SEd quæro hic vnum notabiliter ad materiã l. ſingularia, ff.ſi cert. pet. Si in inſtrumento depoſiti dicatur,habuit,& recepit, an inducatur realis numeratio: & videbatur quòd non.ex doctrina Bart. in l.ſingularia in 2.q.princip.ſub num.52.ff.ſi cert.pet. Contrarium in depoſiti contractu eſt verius. nã contractus mutui tribus modis contrahitur re,ſcriptura,& verbis:vnde nõ mirum: ſi in actu ficto verificari poteſt: ſed contractus depoſiti, vno tantummodo contrahitur & quidem re: vnde iſta verba in depoſito ſemper importat verũ depoſitum eſt ſubtilis conſideratio,Bal.relatus per Soc.conſ.171. col. 1. & 2. vbi valde ſubtilem appellat. & vltra Repetentes ad l. ſingularia, qui hunc locum non tangunt.

Colligitur etiam vltra ſcribentes, ꝙ dictum Bart.procedat data præſentia, aliàs non procedit. Addo etiam quòd Eman. Coſta in l. ſi ex cautione limitat. 19.nu.8.C.de nõn num.pecun. dicit,quòd verba,habuit,& recepit,prolata à notario important verum actum numerationis,ſi eo tempore potuit interuenire, aliàs ſimplicem confeſſionem, vt ſaluetur extimatio notarij: & ſub ſit rem eſſe multum controuerſam ſine illis verbis, in præſentia mei notarij,Surd.deciſ.284.nu.11.

## Quæſt.2.nu.19.in fin.pag.4.

Boer.deciſ.295.nu.8.Afin.de executione.§.1.cap.3.nu.7.Felin.in c.ſi cautio,nu.54.de fid.inſtrum. Iaſ.in l.2.co lum.1.ff.ſi cert.pet. Purpur. ad l.ſingularia,nu.43.ff.eo.Natt.conſ.478.nu.4. & hæc eſt vera,& communis * opinio, Coſta ad l. ſi ex cautione,fall.2. C. de non numer. pecun. Rimminal.in princ. de donat.nu.530.

## Quæſt.2.nu.20.in fin.pag.4.

*SVMMARIVM.*

*Oblatio non ſuffici: pro extinguendo cenſu: item nec ſufficit depoſitum confeſſionatum, nec actuale in partem tantummodo.*

*Depoſito verè facto non erit locus pœnitentiæ pro eo recuperando.*

QVartus eſt caſus, Si vere oblatione præcedente ẽt extra iudicium, cõcilio facta eſt, pulchre Boni.de cenſib. artic.96. vbi videndum. Et ad cenſum extinguendum non ſufficit oblatio, nec depoſitum cõfeſſionatum, nec actuale in partem tantummodo. Sed verum, integrum, & reale. Boni.de cẽſib. articul.94. cum ſeq. Et depoſito ſic facto, non erit locus pœnitentiæ de recuperando depoſitum, cum ſit ius parti quæſitum: Si in fine temporis ad redimendum præfixi depoſitum factum ſit: alias repetere poterit, & iterum deponere. Boni.de Cenſib.artic.99.

### Quæſt.3.in fin.pag.6.

Vnde depoſitum fiducia appellatur, vt late per Tiraq. de retract.conuent. in præfat. nu.44.

### Quæſt.3. tit. Si prædo vel fur. nu. 9. in fin. pag.7.

Alex.conſ.104.nu.6.lib.4.

### Quæſt.3. Tit.ſi prædo vel fur.nu. 10.in fin.pag.7.

Menoch. de recuperan. Remed. 1. num.19.

### Quæſt. 3. Tit.ſi reus publici. nume.17. in fin.pag.8.

*SVMMARIVM.*

*Depoſitum ab aliquo recipiens, eo facto hæretico, non tenetur eidem reſtituere.*

ET ille, qui depoſitum ab hæretico recepit, liberatur ab eius reſtitutione: ſic qui caſtrum vel ciuitatem cuſtodiendam recepit, liberatur à reſtitutione, eo facto hæretico. Alfonſ.de iuſta hæret.punit.lib.2.cap.7. Tiber.Decian.tract.crim.tom.1.c.44.ſub nu.28. verſ.& late.

### Quæſt.3. Tit.Ex perſon. depoſit. nu.20.in fin.pag.8.

Seraphin.de iuram.priuil.74.nu.90.

### Quæſt. 3. Tit. Mulier depoſitaria nu.24.in fin.pag.8.

*SVMMARIVM.*

*An cadat depoſitum inter maritum, & vxorem.*

*An depoſitarius poſſit eſſe arbiter in re compromiſſaria.*

ET depoſitum cadit inter maritum & vxorem, Bal. in l.ſi vxorem nu. 8 C.de cond.inſert. Nunquid arbiter poterit eſſe depoſitarius in re compromiſſa? Vtique ſic. & cogitur laudare: & rem victori dare. l.litigatoris in fin. ff.de arbitr.

### Quæſt. 3. Tit.de remed. l.ſi quis. C.depoſit.n.35.in fi.pag.10.

Declara in depoſito facto ad fauorẽ tertij, quod non eſt reuocabile. Peregr.de fideicommiſ.q.5.nu.55.dicens eſſe multum notabile pro partitis Montium, & in Banchis.

### Tit.de remed.l.ſi quis nu.37.p.10.

Miſynger.centur.1.obſeruatio.5.

### Cauſa 2.Tit.Sponſio.nu.4. in fin.pag.12.

*SVMMARIVM.*

*Faciens partitum ad ludum primeræ, altero recuſante, poteſt capere depoſitum.*

Ro-

ROſell.conſi.45.vol.2.conſ.crim.Ni con. in c.quoniam cõtra in verb. Petitiones,nu.3.de probat.Borgn. deciſ.34.alias 78.nu.13. part.2. Inferens ad ludum alearum dictum Primiera,ꝙ ſi vnus facit partitum; & alter recuſat, quod ille, qui facit partitum poteſt capere depoſitum. Caſus frequens in ſimili materia.

### Cauſa 2.tit. Sponſio.num.7.in fine pag.12.

Nauar. in Manual. capit.19. num. 18.Sot.de iuſt.& iur.lib.4.q.5.artic.2. col.3.in fin.

Data ſemper probabili incertitudine; alias non: ita conciliat opiniones Claud.ad Bertaz.cõſ.379. lit.C.vol.2.

### Cauſa 2.Tit.Sponſio.nu.11.in fin.pag.12.

Hinc infert Migon.Rota Florent.8. quod quidam die 12. Decembr. 1583. dedit cuidam Mellino ſcuta 400. reſtituturo 500. *caſo che il Papa non publicaſſe Cardinali da oggi à tutto il meſe di Gennaro proſſimo*, quo tempore per horam ante erãt publicati, partibus ignorantibus. Vtique fuit votatum Mellinum fouere meliora iura, & lucratum ſcutos 400.

### Cauſ.6.Form.5.nu.5.in fin.p.15.

Nec præſumitur donaſſe, ſi ſunt ad perpetuam vtilitatem: Secus ſi ad tempus, Iaſ.in l.ſumptus,nu.7. ff.de leg.1. Menoc.lib.3.præſumpt.32. nu. 12. vbi dicit communem.

### Cauſa 6.Form.6.tit.de depoſiti reſtit.nu.14.in fin. pag.17.

SVMMARIVM.

*Accedens ad bancum pro accipiendo depoſito ſine legitimo mandato, furti crimine tenetur.*

*Et quid de illo, qui depoſitum ſine legitimo mandato recuperauit, & poſtmodum oppigneraauit?*

ET accedẽs pro depoſiti reſtitutione ſine legitimo ad id mãdato, furtum committit, ẽt ſi interuenerit in cõſignatione depoſiti vna cum nonnullis alijs, vt pulchre per Calcan. conſ.111.

Quid ſi ille, qui ſine legitimo mandato recuperauit depoſitũ, alij pignori dedit pecunia accepta, ſi primo negat in pignus habuiſſe, an poſſit penitere dicendo, offero me paratum reſtituere, pecunia reſtituta, quam ſub pignoribus dedi, vtique non: poſtquã ab initio elegi viam negationis, ita Calca. in citat. loco in 3. dub. & Auth. item poſſeſſor, C.qui potior.& l.generaliter cum l.ſeq.C.de non numer.pecun.

### Cauſa 6. Form. 6. tit. de depoſiti reſtit.nu.14.in fine. pag.17.

SVMMARIVM.

*Remittens rem aliquam per eum, qui portauit, vel per alium certum nuntium, an excuſetur.*

ET remittens rem aliquam per illũ, qui portauit, vel ſolitum alias nuncium, excuſatur. Mago. Rota Lucenſ. 25.nu.60.

Et ſi remittit per certum nuncium, remittendo per alium tenetur. Mago. Rot.Lucen.25.nu.23.

### Tit.ſi vni ex hæredib.nu.3.in fin. pag.17.

SVMMARIVM.

*Petens depoſitum, vt hæres, debet ſe probare hæredem eſſe.*

ET petens depoſitum, vt hæres, dẽt probare ſe hæredem, Minnel.cõſ. 3.nu.10.Ioſeph.concl.14. illatio.179.

Cauſ.6.Form.6.tit.ſi vni ex hęred. num.4.in fin.pag.18.

*SVMMARIVM.*

*Quale depoſitum appellabatur Sacramentum.*

*Sportulæ vnde dictæ,& vnde ſoluebãtur.*

TIber.Decian.tract.crimin. tom.2. c.30.tit.de ſacrileg.nu.17.vbi ſurripiens furti tenetur.

Et tale depoſitum appellabatur Sacramentum: & vterque litigãtium deponebat certam quãtitatem pecuniarum vel rerum: & qui vincebat, rehabebat; & qui victus erat,in pęnã amittebat pecuniam depoſitam, & ærario applicabatur, ex quo ſoluebãtur ſportulæ iudicum à ſporta,vbi deponebantur.Bened.in l.2.§.cum placuiſſe.ff.de orig. iur. Alciat. in l.pecuniæ verbum ſi actionis,nu.6.ff.de verb.ſignif.& in rubr.de iureiur.nu.25. Didac.in repet c.quamuis, col.6.ſub num.2. in princ. oper.de pact.in 6.

Cauſ.6.Form.6.tit.ſi depoſitarius aliam rem.nu.1. in fin.pag.20.

Maſcard.concl.1159.in fine.

Cauſ.6.Form.6.tit.ſi depoſitarius aliam rem.nu.2.in fin.pag.20.

Curt.iun.ad l.cum quid.nu.16. ff.ſi cert.petar.

Cauſ.6.Form.6.tit.ſi depoſitarius aliam rem,nu.3.in fin.pag.20.

*SVMMARIVM.*

*Si pecunia alicui indigenti parua tamen daretur,donatio & non depoſitum præſumeretur.*

*Depoſitum an præſumatur, vbi enumeratio non interuenit.*

ALias ſi fiat perſonæ indigenti, & quantitas ſit parua, præſumitur donatio.cap.& ſi quęſtionis,de ſimon. vbi Abb.& Bald. dicunt eſſe caſum ſingularem. Eodem modo nobilitas, & diuitiæ faciunt præſumi donationem. Bald.in l.1.ff.ad Velleian.gloſ.in l.ſed ſi ego,in fine,ff.eo.in l.ſi vxori.§.1.ff. de legat.3.in l.ſi filij. C.de donat.inter vir.& vxor.Bal.in l.2.C.de donat. ant.nupt.in l.1.q.2. C.de iur.dot.

Fallit in prælato Eccleſiæ,Bald.in l. etiam,C.de fideiuſſor.

Et numeratione non currente præſumitur depoſitum,Felin.in cap.ſi cautio,limit.1.num.5.de fid.inſtrum. Late Iaſ. ad l.cum quid,num. 19. ſi cert. petatur.

Cauſ.6.Form.6.tit.ſi depoſitarius aliam rem,nu.4.in fin.pag.20.

Rota.818.in antiquis.

Cauſ.2.tit.Vſus,nu.2.in fi.pa.22.

Brun.de ceſſion.bon. 4. quæſt.principali,nu.5.

Cauſa 2.tit.Vſus, num.4.in fine pag.23.

*SVMMARIVM.*

*Quoniam ſuper depoſito procedendum ſit ad torturam:vel ad iuramentum in litem.*

QVo caſu eſt locus torturę,Farinac. q.42.nu.34.vltrà quem addo Ripa in Re pont.201.num. 2.& vltra eum declara, aut de depoſito conſtat per inditia & coniecturas:& deuenitur ad torturam ſuper quantitate;aut conſtat vere, & tunc non deuenitur ad torturam ſuper quantitate,ſed defertur iuramen-

ramentum in litem, niſi quando reus non eſt ſoluendo: vel actor non eſt certus de facto, Crauett. conſil. 287. nu. 3. ad intellectum, c. 1. de depoſit.

## Cauſa 2. tit. Vſus, nu. 4. in fi. p. 23.

*SVMMARIVM.*

*Scienter detinens rem alienam apud ſe depoſitam, & illam negans reſtituere vero domino, an furti accuſari poſſit. Et quid in foro conſcientiæ.*

AD Io, quod ſi aliquis penes me depoſuit rem alienam; & ego ſcio eſſe alienã; tamen non teneor ex hac ſimplici ſciẽtia reſtituere vero domino, niſi probata identitate, & lata ſententia per iudicem: nec criminaliter de furto accuſari poſſum, etiam ſi ſciam, & negem reſtituere, Crauet. conſi. 260, col. 3. qui bene loquitur. In foro autem conſcientiæ tenetur reſtituere vero domino adhibita cautione identitatis; & dummodo depoſitarius non incurrat iacturam exiſtimationis, probitatis, vel fidelitatis, & ceſſante ſcãdalo, Sot. lib. 4. q. 7. art. 1. Nauar. in Man. c. 17. ſub n. 28. Nec etiam in foro conſcientiæ tenetur reſtituere depoſitarius rem depoſitam, quando quis repetit arma depoſita ad offendendum, vel quãdo bona deponentis ſunt publicata: quia fiſco ſunt hoc caſu reſtituenda: & niſi latro apud eum, à quo furatus eſt, deponeret. Nauar. in Man. c. 17. nu. 181.

## Cauſa 2. tit. vſus, num. 6. ibi, cauſã adipiſcatur. pag. 23.

Vnde etiam conſideratur obliuio in negatione depoſiti, Fed. de Senis conſ. 23. ſub num. 4.

## Cauſa 2. tit. vſus, nu. 9. in fin. p. 23.

Rip. reſponſo 201. in nouiter additis, vbi tenet in depoſito committi furtum, ſi detur in ſaculo: ſecus ſi numeretur, vt ibi pulchre per eum.

## Cauſa 4. nu. 1. ibi C. ad exhibendum pag. 24.

Rebuf. in c. omnis vtriuſq; ſexus, col. 29. vbi infert ad materiam cõfeſſionis.

## Cauſa 4. tit. publicatio. nu. 1. in fin. pag. 24.

*SVMMARIVM.*

*Depoſitarius ſcripturarum exhibens illas parti aduerſæ punitur vt falſarius.*

*Diſſigilans litteras penes aliquem depoſitas punitur arbitrio iudicis. & an illis poſſit vti. vide ibid.*

*Scriptura ad mei fauorem penes te illicite reperta, & raſa in loco ſuſpecto contra quem præſumatur.*

IO. Ioc. in pract. c. 133. nu. 19. vbi pulchre loquitur. Adde pulchrè Rom. in materia conſi. 346. nu. 11. & duob. ſeqq. vbi firmat multas concluſiones.

Prima eſt, ꝙ depoſitarius ſcripturarum vel actorum vni ex partibus exhibẽs, punitur pęna falſi. l. 1. §. is qui depoſita, ff. de falſ. l. ſi quis aliquid. §. inſtrumenta. ff. de pęnis.

Secunda ſit concluſio, Diſſigillans, vel aperiens literas, vel acta penes vnã ex partibus ſequeſtrata, punitur arbitrio iudicis, nec poteſt aliquid poſtea opponere contra illa acta. c. cum olim magiſter. de off. deleg. quem textum dixit ſingularem Roman. vt ſupr. Et eſt caſus notabilis in ſe, quod ibi ille, qui portabat, diſſigillauit ex cauſa, quam verificauit: & tamen in hoc non audjtur: ſed punitur arbitrio iudicis, & cõtra acta amplius opponere nõn poteſt, Et ibi Bal. not. quod aperire literas vel

aċta non eſt mere crimen falſi,quia in hoc ſubſtantia veritatis non mutatur.

Tertiam ponit concluſionem, quod ſi illicite reperiatur penes te aliqua ſcriptura ad mei fauorem,ſi in exhibẽdo per te,reperiatur raſa etiam in loco ſuſpecto,præſumitur contra me,nec de tuo mandato, ad cuius fauorem cãtat, dictum eſt ſingulare,Hoſtien.& Ioan. Andr.in c.accepimus.de fid.inſtr.dixit ſingulare,& non eſſe alibi, Bal.in l.1. nu.2.C.de fid.inſtr.Boer.deciſ.292.vbi concludit contra talem ſubtrahentem eſſe præſumptionem,quod non foueat bonam cauſam , ſed non quod ex hoc eam perdet, Menoch. de arbitrar.caſu 311.num.8.

## Cauſa 8. tit. de dolo depoſitarij, nu.1.in fin. pag.26.

Proſper Farinac.q.31.nu.151.

## Cauſa 8. tit. de dolo depoſitarij, nu.1.in fin.pag.26.

Grat.conſ.95.nu.9.vol.2.

## Cauſa 8. tit. de dolo depoſitarij, nu.10.in fin.pag.27.

*SVMMARIVM.*

*Depoſitarius promittens expendere pecuniam depoſitam in re immobili, & eam non expendens an dicatur in dolo.*

DOlus inſuper præſumitur in depoſitario,qui non expendit pecuniã in re immobili , prout promiſerat , l. ſi procuratorem,§.dolo ſi dolus.ff.mandat.Anchar.q.31.nu.3.par.1.

Declara,niſi ſteterit per deponentẽ, nõ depoſitariũ.Maſcar.cõcl.531.n.166.

## Cauſ.8.tit.de caſu,in princ.p.40.

*SVMMARIVM.*

*Depoſitum re depoſita extincta finitur cũ deponentis periculo.*

COncluſio ſit, Depoſitum finitur, re depoſita extincta;& periculum eſt deponentis,l.1.§.1.ff.depoſiti.Iaſ. in l.eius qui, §.quod ſi.nu.3.ff. ſi cert. pet.Dec.conſi.583.nu.9. Alex.ad l.Põponius,§.ſed ſi.nu.4. ff.de acquir.poſſeſ.Ang. conſi.390. Tiraq. de iur. primogen.q.40.nu.121.Sebaſt.Medic.Regul.6.nu.25.

## Cauſa 8.tit.de caſu, nu.6.in fin. pag.40.

Aſin.de executor.§.7.c.49.

## Cauſa 8. tit. Repetitio, nu.15. in fin. pag.41.

Papienſ. in actione hypothecaria in verb.in depoſiti,nu.2.

## Cauſa 8. tit. Repetitio, nu.15. in fin.pag.41.

Et ratio eſt exuberantia bonæ fidei, Nauar. de vſur. gloſſ. 4. numero 59. fol.59.

Et hanc opinionem negatiuam dicit eſſe communem Purpur. ad l.ſingularia,nu.43.ff.ſi cert. pet. Coſta ad l. ſi ex cautione,limitatio. 2. num.4. C.de numer. pecun. Riminal. de donat. in princ.nu. 530.

## Cauſa 8. tit. Repetitio, num.19. in fin.pag.41.

*SVMMARIVM.*

*Depoſitarius an poſſit opponere exceptionem retentionis, vel ratione expenſarum factarum in re deperdita,vel alterius contractus?*

Amplia

AMplia quintò, vt poſſit opponi exceptio retentionis,vel ratione expenſarum factarum in re depoſita,vel ratione mutui,vel alterius contractus, ad quem contractus depoſiti ſit correſpectiuus.Bal.conſi.317.lib.8.pulchre exornat Socin. conſi.171. vol.2. Cotta memorabil. in verb. Hipotheca, il primo,verſ.3.Adde Corn.conſi.61.colum.penult.lib.3.Menoc.de præſump. lib.6.præſumpt.12.nu.8.

Cauſa 8.tit.Repetitio,nu.23.ibi, Menoc.de præſumpt.lib.4.præſumpt.83.nu.39.pag.42.

Et de recuperan.Remed.15.nu.83. Et de adipiſcend. Remed.3.nu.78. pulchre Calcan.conſi.13.col.2.

Cauſa 8.Tit.Repetitio, num.23. in fin.pag.42.

Iaſ. in repet. l.filiusfam. §. Diui,in prima lectu.numero 62.in ſecund. nume.98. De leg.1. Gabr. de legit.concluſ.1.num.10.Riminal.de donat.§.1. nu.1027.conſ.3.nu.11.

Cauſa 8.Tit. Repetitio, num.23. in fin.pag.42.

De magis communi ** Honded.conſil.14.nu.29.conſ.18.nu.57.vol.1.

Cauſa 8.Tit.Repetitio, num.23. in fin.pag.42.

Et hanc opinionem,quod lex generaliter loquẽs includat etiam caſus priuilegiatos,niſi in eo caſu ſint ſimpliciter priuilegiati,commendat pro veriori Mant.ſing.107.438.Burſat.conſi.32. nu.27.Boni.de ſtatut.præſcript.glo.3. nu.4.vbi de communi * Stracc.de aſſecur.par.3.nu.161. Vaſq.controuer. illuſtr.c.84.lib.2.nu.24 Oſaſch.Pedem. 135.nu.4.Natt.loquens in dote conſi. 410.nu.20.Tiraq. de retract.glo.14.§. 1.nu.96.Grat.conſ.130.nu.9.vol.2.Ne uiz.conſi.77.Rot. Peruſ.75. nu.11.95. nu.15.Card. Alban.ad Bart. in l.Papinianus,§.vnde, nu.4.ff.de inoffic. teſtamen.& ita fuit iudicatum per Sacr. Conc. Neapolitanum, teſte Vrſill. ad deciſ.Afflict.111.num.7.de magis com muni ** Honded.conſi.14.nu.29.conſ. 18.num.57. Et fuit opinio gloſſ. in l.a Diuo Pio, quam ibi commendat Caſtren. ff.de re iud.optimam reputat Pinell.de reſcind.vend.in rubr.part.2.capit.1. num.15. prout eum refert Emanuel in ſuo Theſauro litera G. nu.16. dicens ita declarandum Neguſant. de pignor.& alios pro contraria parte allegatos. Sapia in l.precibus,num.9.C.de impuber.Alciat.lib.4.paradox. c.10.in l.in generali.ff.de verb.ſignif.Soc.iun. conſi. 12.nu.12. vol.2.Grat. conſi.130. nu.9.vol.2.Riminal.conſi.447. nu.16. in d.l.precibus,nu.84.& Inſtit.quibus alien. licet, vel non.num.357.dicens ita declarandam materiam, quem in hoc valde commendat Afin.de executor.§.7.cap.3.num.2.fol.193.Natt.conſil.613.col.vlt.Curt.iun.in l.hæres abſens,n.18. ff.de iudic.Tiraq.de iur.primogen.q.6.nu.25.Lãberteng.de contract.mulierum glo.21.nu.4.dicens,ꝙ totus ſcopus huius articuli conſiſtit,an caſus priuilegiatus ſit in materia, de qua agitur.Farinacius q.10.nu.8.dicẽs communem * Surd. deciſ. 90. num.5. 164.num.12.323.num.6.Cucc.de moratoria, numero 77. Et hæc opinio eſt æquior, rationabilior,& hodie magis communis * *.

Cauſa 8.Tit.Repetitio, num.26. in fin.pag 43.

Addo, quod verba priuilegiata non com-

comprehendunt caſum priuilegiatum, quando tendunt directo ad tollendũ ipſum priuilegium, Mantua dicens val de notabile ſing.222.

Cauſa 8.tit. Repetitio num.27.in fine. pag.43.

Capic.deciſ.167.nu.5.Sebaſt.Medic. de reg.iur.concl.9.nu.16. part.2.

Cauſa 8.tit. Repetitio num. 32. in fine. pag.44.

Bal.conſ.256.conſ.270. in fin.lib.1. & conſ.364.lib.2.Papienſ.in forma ca pitulorum ad æternam rei memoriam, in verbo, habuiſſe confeſſus; & iterum in actione hypothecaria, in verb.in de poſito Tiraq.de retract. conuent. §.4. gloſ.6.nu.8. Alex.ad Bart.in l.1.ff.iudic.ſolu.

Cauſa 8. tit. Repetitio, num. 40. in fin. pag. 45.

Matteſil.notab.60.in fin.

Cauſ.8.tit.Repetitio.nu.45. in fin. pag.45.

Cotta dicens ſingulare in verb.ſubrogatum.

Cauſ.8. Tit.Repetitio.nu.70. in fin. pag.49.

De conſuetudine tamen ſeruatur or do iudiciarius, & habet etiã inſtantiã triennalem: & hoc tutius eſt, Canar. de execut. inſtrum. q. 7. Commendat Natta in clem.ſæpe, §.quę omnia, nu. 44.in fin.de verb.ſignif.

Conciliari poſsẽt opiniones: Aut de depoſito conſtat per publicum inſtrumentum: vel confeſſionem iudicialem: & ſumus in depoſito vero & reali, maxime facto iudicis auctoritate: & tunc executiue proceditur.& facta reſtitutione diſcutiuntur exceptiones. Aut ſumus in depoſito confeſſato, vel per teſtes ſolum probatos, vel trahente originem ab alio contractu: & tunc ordinarie proceditur, non executiue, Bartol.in l.3.q.4.C.de pignor.Alex.in l.ſi cum dotem, §.eo autem tempore, num. 6.ff. ſolut.matrim.in l.fin. C.de edicto diui Adrian.tollen.Iaſ.in l.1.colum.1. C.de edendo, Matheſilan.notab.5.Roman.conſ.174.colum.2. Iaſ.in l.2.ff.de iureiur. Soc.conſ.167.volum.2.Maria. de mot.petitio.artic.6.fall.11.Rebuff. de liter. oblig.artic.6. gloſſ.3. num.6. Afin.de execut. §.1. c.3. & 4. Borgn. deciſ.24.in fin.part.2.

In fine primæ partis q.noua p.95

*SVMMARIVM.*

*Libellus in actione depoſiti quomodo formandus.*

QVæro quomodo formetur libellus in actione depoſiti? & primo in ſimplum, Depoſui penes Titium ſpõte recipientem vnam capſam plurium librorum clauſam & ſigillatam: quare peto eum condemnari ad reſtituendũ dictam capſam ſigillatam cum dictis libris, prout accepit.

In caſibus in quibus agitur ad duplum.

Coram vobis &c. Cum in Ciuitate Tudertina ortus eſſet tumultus, vel incendium in tali domo, in qua ego habitabam, vel in domo mihi vicina: ita ꝙ propter imminens & improuiſum periculũ non potui prouidere penes quẽ tutó deponerem; depoſui penes Titium, quos negat & inficiatur: & cum iura in ſimilibus puniunt in duplum negan-

negantes depoſitum, peto condemnari ad duplum, Iaſ. poſt Aretin. in §. ſequens, nu. 30. cum ſeq. de action.

## Cauſa 8. tit. Repetitio. num. 71. in fine pag. 49.

Loriot. de ſequeſtr. axiomat. 3.

## Cauſ. 8. tit. Repetitio num. 72. in fine pag. 49.

*SVMMARIVM.*

*Depoſitarius, cui facta eſt inhibitio de nō ſoluendo, an data cautione cogi poſſit vt ſoluat.*

IN materia tamen inhibitionis de nō ſoluendo, licet communis opinio ſit, quod circa cautionem ſit correctum, tamen Cabal. milleloq. 645. part. 2. tenet in depoſito adhuc cautionem requiri: & extra depoſitum cōſiderat duos caſus, An inhibitio ſit à parte, vel ab alijs. primo caſu data cautione cogitur ſoluere: ſecundo vero caſu non ſufficit cautio, ſed præcisè inhibitio eſt reuocanda, Frecc. de præſent. inſtrum. par. 9. q. 12. nu. 22. Idem ſentire videtur: & quoad depoſitum & quoad tertium vt cautio ſufficiat, Guid. Pap. q. 199. nu. 3. Alex. ad Bart. in l. mulier litera P. ff. de leg. commiſſ. Fel. in c. cum ſæpe, col. 4. de off. deleg.

## Cauſ. 8. tit. Repetitio, num. 78. in fine pag. 50.

*SVMMARIVM.*

*Debitor ex cauſa depoſiti an præſumatur habere pecuniam in promptu ad reſtituendum.*

VIgemotertio quæro, an debitor ex cauſa depoſiti præſumatur habere pecuniam in promptu ad reſtituendū? Vtique ſic. Caſtrenſ. ad l. ſingularia. n. 26. vbi Alex. in fi. Purp. in fi. Alciat. nu. 8. ff. ſi cert. pet. ea ratione ne præſumatur delictum in contrectando rem alienam contra l. 1. §. ſi rem, ff. depoſit. Et dixi ſuo loco, Menoc. de prǽſumpt. lib. 3. præſumpt. 58. nu. 11.

Declaratur in depoſito regulari, ſecus irregulari ad vtēdū iuxta l. Lucius. & l. Publia, §. 1. ff. depoſit. & declarant Scribentes in commemoratis locis.

## Cauſ. 8. tit. Repetitio. num. 81. in fin. pag. 50.

Papienſ. in forma Saximēti in verb. audeat, nu. 2. Curt. in l. [illegible] q. 16. C. de ſequeſtr. Menoch. de arb. [illegible] caſu 138. nu. 12. 13.

## Cauſ. 8. tit. Repetitio. num. 81. in fin. pag. 50.

Pulchre Afflict. deciſ. 150. nu. 21. cū ſeq. vbi bene loquitur Ruin. conſ. 171. lib. 4. vbi metus ſuperioris tunc excuſat, quando pecunia eſt conuerſa in vtilitatem cogentis: ſecus ſi ad vtilitatem priuati.

## Cauſ. 8. Tit. Repetitio. num. 83. in fin. pag. 50.

Quæro 25. quid in exceptione doli? Papieſ. in hipothecaria in verb. in Depoſito. nu. 2.

## Cauſ. 8. Tit. Repetitio, num. 83. in fin. pag. 50.

*SVMMARIVM.*

*In depoſito confeſſionato an habeat locum l. pen. C. depoſiti.*

NVnquid diſpoſitio l. penult. C. depoſit. procedet in depoſito confeſſionato? vtique non. ſed in vero & reali tantum, cum ſit exorbitans. Soc. conſ. 171. col. vlt.

Cauſ.

Cauſa 8. Tit. Repetitio. nu. 86. in fin. pag. 50.

Papienſ. in forma teſtium ad æternã rei memoriam in verb. Ex cauſa, in fin. & in actione hipothecaria in verb. in Depoſito. nu. 6.

Cauſa 8. tit. Repetitio, nu. 99. ibi, in princ. ff. commodat. pag. 52.

Papienſ. in actione hipothecaria in verb. in Depoſito, nu. 7. & in forma capitulorum ad æternam rei memoriam in verb. ex cauſa, in fin.

Cauſa 8. Tit. Repetitio, nu. 93. in fin. pag. 52.

Et requiritur traditio: & ſufficit ficta per conſtitutum. Tiraq. de conſtitut. part. 1. nu, 75. in fin.

Cauſa 8. tit. de excuſati onib. depoſitarij, num. 1. ibi, legibus ſubſequentib. ff. depoſit. pag. 54.

Aliàs hoc negãdo præſumitur in culpa. Io. Ferrar. in l. qui in alterius, col. 2. circa med. ff. de reg. iur.

Excuſatio 4. tit. de Ignorantia, nu. 21. in fin. pag. 60.

Et ſi hæres ab initio negauerit, ſi poſtea probetur, non cõdemnatur in expenſis, niſi à die ſcientiæ, Io. Ferrar. ad l. qui in alterius, col. 2. ff. de reg. iur.

Rubr. Quantum veniat in actione depoſiti. nu. 2. pag. 70.

Ampliatur hæc concluſio, vt procedat etiam in caſibus ſimilibus expreſſis, puta in improuiſu concurſu hoſtiũ, vel ſuperueniente nuncio, quod latrones erant in via, quod mihi inſidiabantur, vel forte peregrinus infirmitate ſubita grauatus non poſſit eligere niſi hoſpitem, vel aliquem ex ſuis circunſtantibus, ita Iaſ. in §. ſequens, nu. 5. de actio. dicens in hoc non eſſe adeundũ principẽ pro deciſione: ſed petere per viã extenſionis ex identitate rationis.

Et ſic habetur ampliatio ad l. 1. §. 1. & §. merito. ff. depoſit. vt extendatur ad caſus ſimiles, de quibus ſupra.

Rubr. de in litem iurando, num. 6. in fin. pag. 72.

Innoc. in c. fin. quod met. cauſ. Spec. in tit. de furt. §. 1. verſ. quid ſi res. Bald. in rubr. in princ. C. depoſit. pulchre Iaſ. in §. ſequen. nu. 28. de action. Marſ. de probat. ſub nu. 134.

Rub. de in litem iurando, num. 31. in fin. pag. 75.

Sentit Bard. de temp. vtil. & contin. c. 3. col. 8. verſ. prout in ſimili, fol. 33.

Rubr. Acceſſio tertia, in fi. pag. 80.

Ioan. Copus de fructibus, tit. 4. cap. 3. in fin.

Rubr. Quando & quandiu competat actio depoſiti, in fi. pag. 83.

Ampliatur etiã, ſi renunciaſſet cuicunque iuri petendi depoſitum, ante tale tempus conuentum, Alciat. in l. penult. col. penult. verſ. ſexta cauſa, C. de pact. cum hoc repugnet naturæ depoſiti quod eſt ad libitum, qui tandem reliquit cogitandum.

Rubr. de depoſiti probatione, nu. 4. in fin. pag. 84.

Ampliatur, vt talis confeſſio probet

bet etiam emanata abſente parte, pro- ut illa, quæ fit pro exoneratione conſcientiæ, ita æquiparat Maſcard. concl. 347. num. 100.

Rubr. de Depoſiti probatione, nu. 5. in fin. pag. 84.

Tiraq. de retract. conuent. §. 4. gl. 6. n. 9.

Rubr. de Depoſiti probatione nu. 5. in fin. pag. 84.

*SVMMARIVM.*

*Depoſiti confeſſio non admittit exceptionem non numeratæ pecuniæ, & ideo eſt maior, quam confeſſio dotis.*

ILlud autem verum eſt, quod ſi præcedat confeſſio depoſiti; & ſequatur confeſſio dotis, non præfertur in hoc mulier ex confeſſione dotis, quia potentior eſt confeſſio depoſiti, contra quam non poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, Alex. in l. 1. nu. 35. vbi Aretin. num. 7. Soc. iun. num. 88. ff. ſol. matrim. quod valde commendauit Dec. conſi. 96. num. 2. Gozad. conſi. 28. num. 28.

Quod verum eſt in confeſſione dotis facta conſtante matrimonio; ſecus ſi ante, Didac. var. reſol. lib. 1. cap. 7. colum. 25. in paruis ſub num. 6. verſic. ex præmiſſis.

Rubr. de depoſiti probatione, nu. 6. in fin. pag. 84.

Felin. in cap. ſi cautio, colum. 18. limit. 2. de fide inſtrumen. Iaſ. reputans hoc valde notabile in l. non ſolum, §. morte. num. 16. de nou. oper. nunciat. Maſchar. concl. 347.

Rub. Depoſitum per teſtes. num. 1. in fine. pag. 85.

Ad quod depoſitum reperiendum fieri poſſunt monitoriæ contra quoſcunque, Abb. in c. ad noſtram. de iureiur. Arnon. ſingul. 63.

Rubr. Depoſitum per teſtes. nu. 2. in fin. pag. 85.

Bene verum eſt, quod ſi notarius, vel teſtis dicat tali deponenti, probat verum & actuale depoſitum. Soc. conſ. 143. in princ.

Rubr. Depoſitum per teſtes. nu. 7. in fin. pag. 86.

*SVMMARIVM.*

*Depoſiti probandi cauſa dari poteſt iuramentum litis deciſiuum.*

SEd nunquid dabitur iuramentum litis deciſiuũ in depoſiti probatione? Vtique ſic, Bal. conſi. 454. lib. 3. vbi limitat in cauſa sũmaria: ſecus in ordinaria, quia in ea poſitiones fieri debẽt.

Rubr. Depoſitum per teſtes. num. 8. in fin. fol. 86.

*SVMMARIVM.*

*Creditor literas a debitore recipiens, quibus dilatio petitur, videtur conſentire.*

AMpliatur in creditore recipiente literas a debitore, in quibus petit aliam dilationem, vel prorogationem, nam recipiendo videtur cõſentire, Borgn. deciſ. 21. nu. 57. part. 1. Rimin. conſi. 34. nu. 11. vol. 1. Poſui late in tract. excuſſio. bonor. q. 6. par. 2. nu. 51. verſ. ſeptima concl. fol. 177. Secundum primã impreſſionem. Dixi latius ad Dec. conſil. 430. lib. 3.

Tit. euentus. num. 4. in fin. ampliationis. pag. 87.

Hercul. in l. ait prætor. §. ſi iudex. ff. ſoluto matrim.

Reme-

Remedium l.fin. C. depoſiti nu.5. in fin. pag. 94.

Limitatur 4.vt non procedat in ſoluente per gratificationem, vel extorſionem: nam ſic exactum communicatur, Bart.in l.pupillus in fin.ff.quæ in fraud.credit.dixit notabile Iaſ.ad l.inter eos,col.1.ff.de re iud.nu.2.aduertendum igitur eſt, ſi quis exigat per ſententiam, gratificationem, vel extorſionem.

Remed.l.fin.C.depoſiti nu.5. in fin.pag.94.

Et prædicta omnia vera in ſocietate,prout occurrit inter cohæredes;ſed inter alios conſocios, duo concurrere debent,ſi exactio ſuæ partis, negligentia conſocij,& decoctio debitoris,Menoch. conſi.46. nu.3. Aſin.de execut. §.7.cap.124.

Rubr. de reis debendi nu.5. in fin.pag.94.

Et ille ſolus,qui poſſidet, conuenitur in ſolidum, Bal.in l.pro hæreditarijs,col.3.nu.12.C.de hæred.actio.vbi ſubtiliter loquitur.

Rubr. de reis debendi num.3. ibi, col. 2.ff.commod.pag.94.

In l.reos.q.4.nu.5. ff.de duob.reis.

Rubr.de contraria depoſ. actione nu.8.in fin.pag.95.

SVMMARIVM.

*Deponente effecto non ſoluendo, quando depoſitarius tenetur ad intereſſe.*

Cautela datur depoſitario, vt non reſtituat ex ſe,ſed auctoritate iudicis,alias ſi deponens efficiatur nō ſoluendo, tenebitur depoſitarius ad intereſſe, Rom. conſi. 287. Vrſill. ad Afflict.24. num.3.

Quæſt.1.nu.2.in fin.pag.96.

Bal.in Auth.hoc ius porrectum, nu. 7.C.de ſacroſ.eccleſ.

Quæſt.1.nu.3.in fin.pag.96.

Rip.in tit.de depoſit.reſponſ.2. nu. 5.fol.29. vbi teſtatur de communi * quando depoſitum ſit penes eccleſiā, præſente capitulo & Prælato,Eccleſia obligatur, licet non probetur verſum in vtilitatem Eccleſiæ.

Quæſt.V.nu.3.in fin.pag.98.

SVMMARIVM.

*Deponens ſub conditione an animum habeat relaxandi depoſitum.*

*Depoſitum reddi non videtur per cedulam bancariam.*

Et deponens ſub conditione nō videtur habere animum relaxandi depoſitum.Aſin. de executor.§.6.cap. 31.nu.25.& ſeq.

Et cedula bancaria nō releuat,quia cōditionem includit,nec inducit quaſi poſſeſſionem iuris, Caputaquenſ. deciſ.151.part.2.

Quæſt.V.nu.6.pag.98.

Virgin. Boccacc. de cenſib. part.2. num.118.

Quæſt.V.nu.9.in fin.pag.98.

SVMMARIVM.

*Offerens pecuniā an ea debeat numerare.*

Vnde-

VNdecimo quæritur nũ pecunia debet numerari, & coram teſtibus offerri, & in caſu recuſationis deponi. Bal. in l. acceptam, in primo notabili. C. de vſur. Curt. ſen. conſi. 28. col. 2. Iaſ. conſ. 216. col. 2. verſic. quia tunc oblatio, vol. 2. pulchrè Rolan. conſ. 63. nu. 29. vol. 1. Inferens quòd ſtatutũ diſponens, quod facto depoſito pretij rei venditæ liceat vicino recuperare rem ipſam, intelligitur modo prædicto, quòd fuerit oblata, numerata, recuſata, & depoſita.

## Quæſt. VI. in fin. pag. 99.

Gozad. in l. 2. q. 16. nu. 158. C. de pact. inter empt. & vendit. Tiraq. de retract. lib. 2. §. 7. glo. 4. nu. 6. Bero. q. 98. dicens hanc eſſe magis commu**nem** opinionem. Ancar. q. 15. nu. 11. part. 1. Rolan. conſ. 22. nu. 12. lib. 2. Rota Peruſina 6. part. 2. Rot. Lucen. 7. nu. 4.

## Quæſt. VI. nu. 5. in fin. pag. 99.

### SVMMARIVM.

1 *Pretium rei venditæ depoſitum cuiuſnam periculo perit.*
2 *Oblatio verbalis ſufficit in pactis de retrouendendo.*

1 QVid ſi pretiũ depoſitum pereat cuius erit periculo? vtiq; emptoris ſi ſine cauſa recuſauit: alias vẽditoris. Cum adhuc ſit dominus depoſiti, Dec. conſ. 543. col. vlt. Cagnol. ad l. 2. q. 18. nu. 10. C. de pact. inter empt. & vẽdit. Tiraq. de retract. lib. 2. §. 4. gloſ. 6. nu. 34. Io. Lup. ad d. l. 2. §. 3. nu. 103.

2 Illud notandum eſt, quod in pactis de retrouendendo, ſatis eſt pretium offerre, ſine aliqua depoſitione vel demonſtratione pecuniæ, Io. Andr. ad Specul. rubr. de exemplis, & vendicio in princip. dixit valde ſingulare, Soc. conſ. 80. col. 3. vol. 3. Marſ. ſing. 479. in fin.

## Quæſt. IX. in fin. pag. 100.

### SVMMARIVM.

*Depoſitarius quando præſumitur habere pecunias in prõptu ad reſtituẽdas.*

ET propterea depoſitarius ſemper præſumitur habere pecunias in promptu ad reſtitutionem ne inducatur præſumptio furti, & infamiæ, Alexan. ad l. ſingularia in fine, vbi Caſtr. num. 26. Alciat. numero 8. Purpur. in fine, ff. ſi cert. pet. vbi declarat hoc eſſe verum in depoſito regulari; ſecus in depoſito irregulari, Menoch. lib. 3. præſumpt. 58. nu. 10. verſ. ſecunda coniectura.

## Quæſt. XII. nu. 8. in fine. pag. 101.

### SVMMARIVM.

1 *Deponens pecuniam ante diem ſolutionis non tenetur de interitu.*
2 *Reſtitutus dotem in mobilibus conſiſtentem ante annum euitat onus alimentorum.*

1 ET obligatus ad diem certum poteſt ante diem ſoluere, etiã inuito creditore, qui ſi recuſat recipere, poterit deponere & conſignare, & interim non tenetur de interitu, l. ſtipulatio iſta, §. inter certam. ff. de verb. oblig. vbi Caſtr. & Iaſ. notant ambo nu. 1.

2 Hinc poſtea infertur notabiliter, quod licet hæredes viri habeãt annum ad reſtituendum dotem conſiſtentem in pecunia, vel mobilibus,

iuxta l.vnic.§.exactio,C.de rei vxor. act.poſſunt autem incontinenti reſtituere,& euitare onus alimentandi, & quod plus eſt,licitè recipere interuſurium medij temporis. ita dixit ſingulariter Bal. in Auth. & qui iurat,nu.61.C.de rei vxor.act. Commendat pro valde notabili Alex. in l.diuortio, in princ. num.21. ff.ſol. matrimon.

## Quæſt.XIV.nu.7.in fin.pag.102.

### SVMMARIVM.

1 *L.fin.ff.de rei vendic. an procedat contra deponentẽ interrogatum an poſſideat.*

QVid è contra,an diſpoſitio l.fi. procedat contra deponentem interrogatum an poſſideat? Vtique ſic,& tenebitur reſpondere in ſimplici detentione tãtum,prout in ſequeſtro voluntario, tunc negando non mentietur. Cucch.de mentiẽt. poſſeſ.nu.441.

## Quæſt.XXIV.nu.2.in fi. pag.107.

Brun. de augument. & diminut. concluſ.vlt.limit.8. col.3. Didac. in collation.veter.numiſm.c.7. §.vnic. num. 7. prope finem ſeptimę concluſionis.

## Quæſt.XXIX.in fin.pag.107.

Gloſ.in l.non tantum, ff. de pet. hæred. in l.Aquilius regulus, ff. de donat.in l.manifeſtiſſimi, §.ſed ſi in ſecunda,C.de furt.Bart.in l.de vſu. ff.de var.& extraord. crim. Bal.in l. ædem,col.2.C.locat.Franc.in diſputatione petitorij,& poſſeſſ.in primo dubio nu.43.Soc.in l.rem, quæ nobis,nu.18. ff.de acquir.poſſeſſ.Rip. in c.ſæpe,n.17.de reſtit.ſpol. Corn. ad §.nihil communem. in 2.par.nu. 127.Neuiz.conſ.80.num.3.Mirant. part.7. num.35.de communi * Menoc.de recup. remed.17.q.3.nu.21.

## Quæſt.XXXVI.in fin.pag.109.

### SVMMARIVM.

1 *Inuentarium conficiens tenetur res depoſitas inuentariare.*

CVm igitur detur petitio hæreditatis pro depoſito; ponendæ ſunt in inuentario res penes defunctum depoſitæ,Bal. in l.non tantũ, ff.de petit.hæred.vbi Bologn.in additionib.marginalibus reputat ſingulariter notandum Ang. in l. ſi de eo. §.ſi forte, ff. de acq. poſſ. dicens ita Peruſij iudicatum,Bal.in l.fin.in princ.col.6.vbi Iaſ.col.2. verſ.ſed an in inuentario Corn. nu.19. Monticoll.fol.127. nu.42. C.de iur. delib. Dec.conſ.633.col.pen.verſ.4.in inuentario Gugliel. in c. Raynutius, in verb.mortuo itaque, nu.400. de teſtam. Porcell. de inuentar. col. 1. Aretin.de teſtam. glo.112. num.16. Bal.ſingular. in verb.Inuentarium. Franc. Marc. q. 378. Vital. in clauſul.nihil innoua. inuentar. confect. Roland.conſ.73.nu.23.vol.2.de inuentar.fol.77.verſ.ponendæ.

## Quæſt.XLI. prope fin.ibi Menoc. de præſumpt. lib.4. præſumpt. 138.num.3.pag.110.

Et de magis communi ** Petr. Pecch.de teſtamen.coniug.lib.5.capit.15.nu.4.Craſſ.§.legatum, quæſtio.19.num. 8. Mantic. de coniect. lib.9. tit.2. Andr. Gail. practicabil. obſeruat.libro 2.obſer.10..Pinell.ad l. 2. part.2.nu.44.C. de bon.mater.

Ibid.

### Ibid. in fin. quæſtionis.

Licet contrarium ſentiat Theſaur. Pedem. 160. nu. 6. in fi. quia hęc declaratio multum applaudet rationi naturali.

### Quæſt. XLI. in fin. pag. 110.

Declara etiam, quando pecunia ſic deſtinata non ſtaret in puris terminis deſtinationis; vel vlterius ſit progreſſum, vel ad depoſitum: vel alias conſtat de enixa voluntate, quod voluerit pro immobilib. deſeruire, Petr. Pecch. de teſtam. coniug. lib. 5. c. 30. nu. 4. vbi tandē fatetur quæſtionem eſſe admodum ambiguam.

### Quæſt. XLVII. nu. 3. ibi, ante priuilegia. pag. 111.

Petr. de duob. fratr. q. 31. nu. 32. par. 8.

### Ibid. nu. 4. in fin.

Afin. de execut. §. 7. c. 49. & 58.

### Ibid. nu. 13. in fin. pag. 112.

Papien. in action. hypothecaria in verb. In depoſito, nu. 4.

### Quæſt. XLIX. in fin. pag. 113.

*SVMMARIVM.*

*Inſtrumenta communia penes quē conſeruari debent.*

ET inſtrumenta communia debent deponi penes digniorem, vel ſeniorem, l. fin. ff. de fid. inſtru. Bart. & Alex. in l. cum pater, §. pater pluribus, ff. de leg. 2.

Deponuntur etiam tabulæ teſtamenti in caſu, l. fi. ff. de tab. exhiben. ſi duo contendant eiuſdem nominis hæredes, vel legitimus & inſtitutus, vel quando pendeat quæſtio falſi, vel quis in teſtamento ſibi aſcripſerit iuxta quatuor lecturas ibi poſitas per Glo. Bart. & Aug.

### Quæſt. LII. nu. 1. ibi hoc idem extendit. pag. 114.

Capit. ex parte, de accuſ. vbi Fel. nu. 4. Cyn. in l. vbi adhuc, nu. 14. C. de iur. dot. Salic. in l. ſi fideiuſſor, §. vlt. nu. 3. vbi Iaſ. n. 30. ff. qui ſat. dar. cog. Curt. de ſequeſtro, num. 20. Couar. pract. quæſt. c. 6. nu. 4. Cordub. ad l. ſi quis ex literis. §. ſi vel parens, nu. 45. ff. de lib. agnoſc. Valaſc. deciſ. 1. num. 1.

### Quæſt. LII. nu. 1. in fi. p. 114.

Aufrer. de Toloſan. 77. col. 2. & 417. Burgn. deciſ. 3. nu. 41. part. 1.

### Quæſt. LXIII. in fin. pag. 117.

Dixit valde ſingulare Io. Lup. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. verſic. intellige hæc, nu. 4. fol. 7.

### Quæſt. LXV. in fin. pag. 117.

Rebuff. ad l. ſolutionis, col. 2. in fi. verſic. ſeptimo, & vltimo, ff. de verb. ſignific. Iaſ. conſi. 216. col. 2. nec admittitur depoſitum, vbi pecuniæ ſolutio eſt in conditione, Gozad. conſil. 100. col. pen. poſt med. Crauett. conſi. 313. nu. 3.

### Quæſt. LXIX. in fi. pag. 118.

*SVMMARIVM.*

1 *Deponens apud virum communiter habitum pro idoneo, non tenetur, ſi depoſitum perit.*

2 *Cuſtos arcis ſi idoneum ſubſtituit excuſatur, ſi ſubſtitutus arcem perdidit.*
3 *Cuſtos carceris ſi ſibi ſubrogauit virum idoneum, non tenetur; ſecus ſi tyronem.*

1 DEponendo tamen penes perſonam communi opinione alias diligentem, excuſatur, vt per Bar. ad l. ſi ſoluturus, ff. de ſolut. ad cuius cõ
2 firmationem facit, quod cuſtos arcis ſubrogando in locum ſuum hominẽ probatæ vitæ, excuſatur, ſi prodiderit arcem, Io. Andr. ad Spec. tit. de loc. in fin. verſ. nouiſſime audiui. ſecuti ſunt Alber. in l. fin. ff. de cuſtod. reor. col. 1. verſic. pro declaratione. Barba. conſi. 62. col. 4. in princ. vol. 1. conſi. 34. col. antepen. vol. 2. Curt. ſen. in repet. l. admonendi, nu. 139. verſic. & ideo, de iureiur. Barbat. in cap. accedens, el ſecondo, col. 2. verſ. & adducit celebre vt lit. non conteſt. Iaſ. in l. ſi pecuniam, §. ſed ſi accepit, in fi. ff. de cõd. cauſ. dat. Cott. in memorabil. in verb. Nobilitas. Boer. deciſ. 217. nu. 19. Ant. Gabriel de maleſ. concluſ. 8. nu. 62.
3 Facit & ſecundo, quod cuſtos carceris, ſubrogando tyronem, vel minus idoneum: ſecus igitur ſi perſonam idoneam, l. finali, ff. de cuſtod. reor. ibi, tyroni cuſtodia, Salicet. in l. ad commentarienſem, C. eodem titu. vbi pariter bonus tex. ad hoc. Pariſ. de ſindicat. in verb. Carcer. & carceratus, numero quarto, bonus text. in l. qui non tam idoneum, ff. commodat. in l. 1. §. ſi quis igitur, ff. naut. caup. ſtabul. §. penult. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delict. Gramm. vot. 291. numero duodecimo, Cyrill. in ſumma particul. 1. Rubr. 12. de cuſtod. reor. § 3. numero 3. Menoch. de arbitr. caſu 302. numero quinto, Proſper Farinac. quæſt. 31. Ampliat. 12. numero 49.

Tres igitur ſunt caſus: quandoque debitor non deponit intereſſe, vel fructus: quandoque non offert, ſed ſimpliciter deponit. & his duobus caſibus non excuſatur. Quandoque deponit penes minus idoneum, multo minus excuſatur, vt per Caſtren. in l. 2. in fine. C. de vſur. Secus ſi communi opinione reputabatur idoneus, vt dictum eſt.

## Quæſt. LXXI. nu. 8. in fin. pagina 119.

Dixit valde notabile Dec. conſi. 34. numero ſexto, Bald. Auth. qui ſemel, numero 24. C. quomodo & quando iud. Afin. qui hoc non allegat de execut. §. 32. Ampliat. 15. numero 3.

## Quæſt. LXXVII. in fine. pagina 121.

### SVMMARIVM.

*Deponens pecuniam apud aliquem cũ intentione lucri an peccet.*

ET deponens pecuniam, vel aliud mobile cum intentione lucri peccat, Nauar. in Man. c. 17. ſub nu. 81. nec ignorantia excuſat, nec periculum perdendi ibid. nu. 242. vbi limitat, ſi recipiat ex poſt facto a depoſitario gratis, non autem liceret recipere, ſi depoſitarius daret in pretiũ & vſum pecuniæ, vnde intentio attenditur. vt ibi per eum. Notandum tamen eſt, quod Dec. conſ. 6. per totum videtur concludere, non licere lucrari aliquid in depoſito; Contrarium tamen tenere videtur contra Dec. Feſtaſius de collect. part. 3. c. 1. nu. 32. fol. 43. inferens exactori publicorum datiorũ non licere aliquid

lu-

lucrari cum eis. Et licet habeat terminum ad ſoluendum; tamen ſi bene conſideraretur, rationes Decij tolluntur, dummodo in ſolutione non committatur mora: & hæc opinio verior videtur.

## Quæſt. LXXXVIII. nu. 1. ibi, & ſuo loco diximus. p. 123.

Hinc poſtea traditio præſumitur facta animo cuſtodiæ tantum, niſi præcedat titulus habilis ad tranſlationem dominij: vel prægnantia verborum aliud importet, Bar. in l. cum pater, §. pater plurib. de leg. 2. in l. 1. nu. 4. ff. pro dot. in l. ſub conditione, in fin. ff. de ſolut. Dec. in l. ſemper in obſcuris, nu. 7. de reg. iur. Menoch. lib. 3. præſumpt. 56. & iunge ſimul quæſt. 125.

## Quæſt. CXXXI. ibi, Vincentius, &c. pag. 131.

Scribit Didac. in tit. veterum collatio. numiſmat. côcluſ. 4. circa med. fol. 733. late Marſ. in l. ſtatuliber. nu. 17. de quæſt. Pulchre loquens in facto proprio Vrſil. ad Affl. deciſ. 90. in fin. in eo, qui depoſuit ante têpus ſciente mutationem valoris monetę, fuit concluſum non releuare, vbi in fraudem.

## Quæſt. CXXXIV. in fi. pa. 132.

Sed in depoſitario electo per iudicê, côtra eum proceditur ſummariè, & ſine figura iudicij, executiuè officio Iudicis, Bal. & Salic. in l. acceptam, vbi Bal. col. 1. Salic. col. 1. verſ. dixit tamen Bald C. de vſur. Neguſ. de pign. in 3. memb. 5. part. ſub nu. 29. vbi ampliat, vt iudex laicus poſſit procedere contra clericû executiue.

## Quæſtio noua in ordine CXLI. addenda in fine operis. pagina 133.

*SVMMARIVM.*

*Debitor volens exigere a creditore ſuo an teneatur deponere.*

SEd nûquid debitor poterit effugere depoſitum faciêdo exactionê a creditore ſuo? Vtiq; non, ſi creditor eſt in quaſi poſſeſſione exigendi etiam ſi appellatio pendeat. Paris conſil. 39. vol. 1. quem commendat Herculan. de attentat. c. 3. nu. 7.

Addo Rotam deciſ. 16. alias 84. nota ꝙ vbi de appellatio. in antiq. Mâdoſ. ſuper reg. de ſubrogand. collitigant. q. 8 nu. 4. in tract. de inhibit. q. 23. Emilian. conſ. 72. Lancellot. de attentat. part. 2. de attêt. appel. pendent. limit. 26.

## Quæſt. CXLII. addenda.

*SVMMARIVM.*

*Depoſitum an ſit neceſſarium, ne nomê debitoris legatum & poſtea exactû dicatur reuocatum.*

NVnquid requiratur depoſitum, ne dicatur reuocatû nomen debitoris legatum: & poſtea exactum? Vtique ſic, l. fideicommiſſa, §. ſi rê. ff. de leg. 3. Iaſ. ad Port. in §. ſi rê, Inſtit. de legat. Hier. Gabr. conſi. 103. nu. 13. lib. 1. pulchre Alex. conſ. 157. nu. 2. lib. 7. & ſufficit, vt teſtator retineat in capſa ſua, Bal. in l. 3. nu. 3. C. de legat. Menoch. lib. 4. præſumpt. 168. ſub nu. 2. conſ. 254. nu. 8. lib. 2.

Hodie autem depoſitû non eſt neceſſariû; & ita fuit Florentię iudicatum, Ioſeph. Ludo. concl. 24. col. 5. in exactione, & Maſcar. concluſ. 1280. nu. 89. Crederem verum, ſi alię coniecturæ apparerêt ſimiles depoſito.

## Quæſt. CXLIII.

*SVMMARIVM.*

*Depoſitario an competat interdictum vti poſſid.*

SEd nunquid depoſitario competit interdictũ vti poſſidetis? Menoc. de recuper. Remed. 3. q. 5. num. 46. ponit concluſionem generalem nulli detentori dari. Ego in depoſito allego Caſtrenſ. in terminis in l. interdũ, §. fi. nu. 3. ff. de pet. hæred.

## Quæſt. CXLIV.

*SVMMARIVM.*

*Legatarius an teneatur interdicto quorum bonorum.*

NVnquid legatarius tenebitur interdicto, Quorum bonor. ſi legetur res, quæ erat in depoſito penes eum? videbatur ꝙ ſic, per text. cũ glo. in l. linea margaritarum, ff. ad l. falcid. vbi Bart. videtur tenere dari ſolum vtile. Contrarium eſt verius, quia habet penes ſe ſine temeritate aliqua, Soc. conſi. 11. col. 2. lib. 1. Caſtr. & Alex. in d. l. linea margaritarum, Rip. in rubr. quor. bonor. n. 15.

## Quæſt. CXLV.

*SVMMARIVM.*

*Depoſitario iniuſti poſſeſſoris an liceat rem propriam ſurripere.*

NVnquid licebit depoſitario iniuſti & violenti poſſeſſoris ſurripere rem propriã & recuperare? & videbatur ꝙ ſic, quia licet contra ſurripientem vel occupantem. Glo. in ca no. Ius gentium, diſtinct. 1. dixi late in tract. locat. & cond. part. 1. tit. de famulo, latius part. 4. de recuſation. q. 13. 2. q. nu. 5. cum ſeq. fol. 200.

Contrarium in depoſitario eſt verius, ex quo non fuit particeps violẽtiæ vel iniuriæ, & tenetur domino, ad rei vel pretij reſtitutionem, Didac. poſt D. Thom. var. reſolut. lib. 1. c. 15. verſ. ſecundo patet.

## Quæſt. CXLVI.

*SVMMARIVM.*

*Depoſito facto atque interpellatione an debitor teneatur ad vſuras.*
*Et quid de negotiorum geſtore, vel procuratore.*

ALiquæ leges dum depoſiti materiam tractant, appellant nummos ſteriles, prout in l. debitor. ff. de vſur. vel pecuniã otioſam, vt in l. qui ſemiſſes in fin. ff. de vſur. Et dicitur pecunia otioſa, ex quo nullum lucrũ percipitur, & ſuper ea nullũ fit exercitium, Rebuff. ad l. pecuniæ 1. ff. de verb. ſignif. col. 2. in fin.

Colligitur tamen ex ſupradictis, quod facto depoſito, & procedente interpellatione debitor nõ tenetur amplius ad vſuras. ſed ſi poſt depoſitum iterum conuertat in vſum ſuũ, iterum tenetur ad vſuras d. l. debitor. ſed quomodo recuperabit depoſitum non ſeruatis ſeruandis.

Secundum, quod colligitur, quod procurator, vel negotiorum geſtor, non tenetur ad vſuras pecuniæ depoſitæ, ſi dominus ita ſolitus erat ita. not. in d. l. qui ſemiſſes, in fin. ff. de vſur.

## Quæſt. CXLVII.

*SVMMARIVM.*

1 *Stipulatio facta copulatiue, non liberatur, niſi ſolutio fiat vtrique, & quid*

*& quid ſi fuerit concepta alternatiue?*

2 *Patris confeſſio, quod habeat pecuniã in depoſito an & quando præiudicet legitimæ.*

LEgitur in vita Demoſthenis qualiter duo ſocij depoſuerant penes viduam bene diuitem egregiam pecuniarum quantitatem, quam ambobus promiſerat reſtituere, abſente altero: alius quaſi gemens perſuaſit viduæ ſocium obijſſe; illa credula depoſitam peteti reſtituit; poſtea alter veniens pecuniam a vidua repetebat. Et cum diceret ſe reſtituiſſe ſocio, Iudex volebat viduam condemnare, conſultus Demoſthenes mulieris nomine eam paratam obtulit ambobus reſtituere non vni tantum ſecundum præſcriptam depoſiti formam: vnde obmutuit debitor, & liberata fuit vidua credula. refert Hieronym. Laurent. decif. Auen. 149. vbi poſtea in puncto iuris

